Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Paulus Popolnicki sive eius Successores, ad Instantiam præfati Nobilis Pauli Kulczycki Smietanka Nobilis olim Nicolai Kulczycki Smietanka filij, Cessionarij sui vel eius posterorum ad Officium præsens Castrense Capitaneale Premysliense exhunc recepisse superscripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium præstactum luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit, et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsen. Illumq Terminum primum peremptorium, et alios ex inde consequenter eadem eiusdem Terminos semper peremptorios vera Infirmitate gravi maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ad Munimenta ad Iuicturam, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Ad Evocationem vero proximos Officij præfati Castren Capitaneali Premyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel triplicatis, evasionibus suspensionibus, fatalijs Iuris, præscriptione Terrestri bello, Conventioneq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Sta sua præsenti personali Recognitione ad præmissa omnia mediante.

Szeptycki Perleckiemu Obligat

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsen Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Adamus Szeptycki olim Nobilis Nicolai Szeptycki filius sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis, proprijs et competen recedendo. Præsenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo &c. 1249

palam

2408

palam libere publice ac per expressum recognouit, quia ipse suo et Nobilis Heliae Szeptycki fratris sui germani natu minoris, pro (?) [illegible] habitione cauet ac se praesentibus inscribit Nomine bona sua propria et haereditaria infrascripta, videlicet Rolą Hallowskę z przydatkami do niey nalezącemi potrzgatey do Granice Luchawskiej, do granice Lubochowskiej sese protenden in bonis Villae Rosocky terrae et districtus praesenti Premysliensi iacen et consisten, cum omni bonorum eorundem iure Dominio proprietate tituloque obligatorio, omnibusque et singulis vtilitatibus, fructibus, prouentibus, redditibus, Commodis emolumentis, obuentionibus, item pratis, campis, syluis, pascuis, attinentijsque et pertinentijs generaliter vniuersis, nihil ex praemissis Iuris, Dominij proprietatis ac Cuiusuis Competentiae et praerogatiuae prorsus Recognoscente suisque successoribus aut cuipiam alio reseruando seu excipiendo, verum ita late longe circumferentialiterque prout eadem ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat, ipsumque conseruabant, ac eidem legitime seruiebant, iam ex nunc et de facto Nobili Andreae Perlecki Przytoczicki eiusque posteris in summa centum florenorum polonicalium in parte Recognoscentem leuata de qua praesenter quietatur, hinc et ab actu praesenti ad festum Conuersionis sancti Pauli Apostoli post biennium hinc proxime venturum incidens, et in defectu prouentu eorundem bonorum exemptionis summaeque memoratae Centum florenorum polonicalium, totalis et integrae realis persolutionis, ex tunc de biennio ad biennium, festoque festo pro simili die et festo Conuersionis sancti Pauli Apostoli sese determinan, biennijs et festis sese continue et immediate sequentibus ad exemptionem bonorum eorundem summaeque memoratae totalis et integrae realem et effectiualem persolutionem obligauit inscripsit et inuadiauit, prout obligat, inscribit, et inuadiat praesenter. In quae quidem bona supra inscripta, praemissaque omnia praesens parte Recognoscentem obligata et inuadiata, iam ex nunc et de facto is

idem

idem Recognoscens Nobilis Adamus Szepticki praefato Nobili Andreae Terlecki Pesztowicz obligatario suo eiusque posteris coram Officio praesenti dat et admittit realem intromissionem, et actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque competenter et Nobiles duos die quacunque voluerit Officiose ineundam. Per ipsos Nobilem Terlecki Pesztowicz obligatarium suum, ipsiusque posteris haec eadem bona praemissaque omnia praeter invadiata cum universis eorum Utilitatibus et usufructibus, attinentiisque et pertinentiis generaliter omnibus tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos, suorumque successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi modo ac iure obligatorio. Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariisque quibuscunque habitis et habendis eidem suprascripto Nobili Andreae Terlecki Pesztowicz obligatario suo inscribit et obligat praefatum ipsum eiusque successores, in dictis bonis praemissisque omnibus praeter per se Recognoscentem invadiatis et ratione eorundem omnium ab omni et quavis impetitione Iuridica, quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis, status et sexus cuiusvis existentium proveniente, in omni Iudicio et Officio Regni, semper toties quoties opus fuerit, tueri defendere, evincere, intercedere et eliberare, indemnemque eum posteris reddere, Necnon haec eadem bona praemissaque omnia praeter per se Recognoscentem obligata et invadiata ab omnibus in genere Iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus super praemissa omnia modo quovis cuiuscunque personarum factis et faciendis, tum etiam a quibusvis citationibus, super eadem bona suprascripta modo quocunque importatis et importandis, Iuris denique et Decretis, Processibusque Iuris quibusvis, in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus praeter obligatis perductis et perducendis emundare

bere et liberare, mundaq et libera semper facere ac ctos Intromißionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum eorundem praesenti inviadiationis dum per Ministerialem competentem et Nobiles duos Officiose requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, Dataq et admissa eadem Intromißione et usufructum praesentium omnium praesenti inviadiatorum, quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere, ipsumq obligatarium suum et illius posteros in praemissis omnibus praesenti obligati, nullo modo inquietari, ita ut haec eadem bona praemissaq omnia praesentibus inviadiata, idem obligatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praesenti obligatoriae rigore tenere habere et possidere queat illisq usufrui possit, usq ad exemptionem bonorum eorundem summaeq memoratae totalis et integrae realem ac effectivam persolutionem Idq sub vadio similis summae centum florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius successores suprascripto obligatario suo ipsiusq successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus is idem Regens Nobilis Adamus Szczepicki debebit et tenebitur prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniarijs quibusvis habitis et habendis suprascripto Nobili Andreae Perlecki Petrykowicz eiusq posteris inscribit et obligat praesentibus praefatum Nobilem Heliam Szczepicki fratrem suum per manum sumi minorem postquam adoleverit ad approbandum per ipsum Intromißionem praesentem Obligatoriam vel similem sao pro interesse faciendam, ad Acta quaevis authentica Regni Vim perpetuitatis in se habentia, vel in eventu Mortis successores illius adducere et personaliter statuere, absq vel eius successoribus

ut praedictum

Ut praemissa debite exequantur et fiant, Idq sub alio simili et
speciali Vadio summae aliorum centum florenorum polonicalium
per eum seu successores eius solvendorum sive eius posteris suprascripto N.li
Andreae Terlecki Obligatorio suo vel eius Successoribus, ob non
statutionem eiusdem fratris sui statuendi vel in eventu mor-
ti successorum illius pro tempore et loco superius expressis
ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem Vadio vel Va-
dijs modo praemisso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua principa-
li ex praemissis non completa complenda, praefatoq fratre suo non sta-
tuto statuendo, citatus existens memoratus se cognoscens Nobilis Ada-
mus Szeptycki olim Nobilis Nicolai Szeptycki filius, sive eius successo-
res Ad Instantiam praefati Nobilis Andreae Terlecki Petyloreis Obli-
gatarij sui vel eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitan.
Praemysliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat
mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio
stare, comparere, respondere, Vadium vel Vadia praedicta luere, In-
scriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et te-
nebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obli-
gat consentientibus. Illum terminum primum peremptorium et alios omnes
exinde consequentes Causa eiusdem terminos semper peremptorios
Vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum, legatione
intra vel extra Regnum servitio militari, ad munitionem ac cu-
ctorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis
non differendos. Ad Quietationem vero proximos Officij praefati
Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos, dilationem sibi non acci-
piendo nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones fa-
ciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel implicatis exceptio-
nibus, suspensionibus, fatalijs lucris praescriptione terrestri bello, con-
ventione neq ac alijs omnibus iuris remedijs et defensis non subter

fugiendo

2412

fugiendo, nec modo aliquovis evadendo. Haec sua praesenti personali Recognitione ac praemissa omnia mediante.

Baczynski Paclawskiego et alios Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Hrehorius Baczynski de Sielowicze sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni, quoad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subjiciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Nobilis Eudoxiae Baczynska Consortis suae legitimae pro qua ius rati habitione cavet et se praesentibus inscribit nomine Nobiles Waszko Paclawski, Helisabetham Baczynska, Danilo Paclawski et Mariam Bereznicka, Andream Baczynski, et Halam Kulczycka Paulum Baczynski Kostkowicz et Stefaniam Kulczycka Coniuges, item

0750 Venceslaum Baczynski et Mariannam Baczynska itidem Coniuges necnon Fedorium Baczynski et Fedorium Baraniecki et ipsorum successores, de protestatione certa, ratione per ipsos tempore in eadem Protestatione specificato non contentos praemiis Iniuriis et damnis sui Delatoris criminationis et diffamationis in vitam difficultationis, in damna sui Recognoscentis Consortisque suae per subordinationem alienarum personarum inductionis contra ipsos coram Actis Officii praesentis facta fusius praemissa enarrante, ob plenariam et sufficientem praestitam satisfactionem Quietat, emittit, dimittit, liberatque et absolvit ... nunciat